

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Paupertas ar  
cum fontibus primis

Humile tugurium uirtutes recipit.

Angustus locus

magnarum uirtutum turbam capit.

Dyogenes enim  
cum torqueretur in dolio,  
se domum uolubilem habere iocabatur,  
et se cum temporibus immutantem.  
Frigore enim os dolii uertebat in  
meridiem, estate ad septemtrionem  
et ubicumque sol se inclinauerat,  
Dyogenis simul pretorium diuertebatur.

Valerius Maximus.

Dic illud potius: ‘istud  
humile tugurium nempe uirtutes recipit?  
iam omnibus templis formosius erit, cum  
illic iustitia conspecta fuerit, cum  
continentia, cum prudentia, pietas,  
omnium officiorum recte  
dispensandorum ratio, humanorum  
diuinorumque scientia. Nullus  
angustus est locus,  
qui hanc tam  
magnarum uirtutum turbam capit;  
nullum exilium graue est in quod licet  
cum hoc ire comitatu.’

Lucius Annaeus Seneca, *Consolatio ad Heluiam matrem*, 9, 3 (L.D. Reynolds ed., p.301, ll.8-15).

Cumque se contorqueret in dolio,  
volutilem se habere domum jocabatur,  
et se cum temporibus immutantem.  
Frigore enim os dolii vertebat in  
meridiem; aestate ad septentronem,  
et utcunque sol se inclinaverat.  
Diogenis simul praetorium vertebatur.

Hieronymus Stridonensis, *Adversus Jovinianum*, 2, 14 (PL 23, col.305A).